1664

Krusielnickie Coniugés Vigore consensus Sacrae Regiae Maiestatis Dwernickiemu & Jaworskiemu Cedit.

614

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen(tibus) Castren(sibus) Capitanealibus Premyslien(sibus) Gnosi Stanislaus Krusielnicki et Marianna Uruska Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq(ue) suis quibusvis propriis et competen(tibus) recedendo praesenti vero Castren(si) Capitaneali Premyslien(si) Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter ac plenarie incorporanda atq(ue) subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Consors cum praefati mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta Recognoscenda Consensu inhaerendo literis Consensus Sacrae Regiae Maiestatis sibi Recognoscen(tibus) ad infrascripta peragenda gratiose collatis et cum subscriptione manus eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis propria atq(ue) obsigillatione sigilli minoris Cancellariae Regni Officio praesenti reproductis de serie verborum tali. Michael Dei Gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Kiioviae, Volhyniae, Smolensciae, Severiae Czerniechoviaeq(ue)

Significamus psen̄s literis nr̄is quorum interest universis et singu-
lis, consensiſse nos et pmisiſse, consentireq et pmittere psen̄s literis
nr̄is Gnosis Stanislao Krusielnicki et Mariannæ Coniugibus ut possint
et valeant de omni ac integro Iure suo advitalitio ipsis sup bo-
na certa seu fundos Kruzicki dictos penes fluvium Dniestr dictu
inter limites et fundos Kulczycen̄s iacentes serviente cedere
illudq Ius suum in personas Gnosorum Theodori Dwernicki et
Petri Iaworski Petraszowic transferre et transfundere. Quæ
quidem cessio Iurisq transfusio posteaquam coram Actis quibusvis
authenticis facta et recognita fuerit Nos ratam et gratā habitu-
ri sumus uti eam quæ pvio Consensu nostro pagetur vigore hu-
ius Cessionis psentisq Consensus nr̄i memorata bona sive fun-
dos cum omnibus agris, pratis, cæterisq attinentiis et ptinentiis
eo antiquitus spectan̄ iidem Gnosi Dwernicki et Iaworski
tenebunt, habebunt et possidebunt, ad extrema vitæ suæ tempo-
ra pmittentes autem Nro et serenissimorū successorū Nostro-
rum nomine non esse nos pfatt. Gnosos Dwernicki et Iaworski
ab usu et pacifica Possione dictarū bonorū amoturos, alienaturosve
nec amovendi alienandi cuipiam potestatē daturos sed salvū et
integrū Ius suū advitalitiū Conservaturos. Quod et serenissimi
successores nr̄i pstabunt. Post decessū vero ipsorū non prius suc-
cessores sui, de illis bonis sive fundis cedere tenebuntur quam sum-
ma in litteris expressa vel ex taxa Commissiariorū Nostrorū pro-

niens successoribus integre conservata fuerit Iuribus n(ost)ris Regalibus
Reipublicæ Ecclesiæ(que) Catholicæ salvis manen(tibus). In cuius rei fide
p(rae)sen(tes) manu n(ost)ra subscriptas sigillo R(eg)ni communiri iussimus Da-
tum Varsaviæ die XXVIII Mensis Ianuarii Anno M.DC.
LXXI Regni n(ost)ri secundo Anno Michael Rex Locus sigilli
Minoris Cancellariæ R(eg)ni Consensus cedendi de fundo Kruzyski di-
cto Gen(er)oso Stanislao Kruszelnicki in Personas Gen(er)osorum Dwer-
nicki et Iaworski Stephanus Hankiewicz Regiæ M(aiesta)tis Secre-
tarius manu p(ro)pria. Post cuius ingrossationem eidem offerenti
Originale per Officiu(m) præsens extraditu(m) est. De omni et inte-
gro Iure suo advitalitio, quod sibi Recognoscen(s) ambobus insolidum
sup(er) bona certa seu fundos Kruzyski dictos penes fluviu(m) Dniestr
inter limites et fundos Hulczycen(ses) et Kornelowice iacen(tia) et consisten(tia)
servit et competit nec non de eisdem bonis ipsis atq(ue) quibusvis Iuribus
Originalibus et dispositionibus summisq(ue) quibusvis pecuniariis in
eisdem bonis hæren(tibus) vel ex taxa Commissarioru(m) provenien(tibus) cum
parata earundem bonoru(m) Iurisq(ue) p(rae)sen(ti) cessi Intercone pacificeq(ue) in
hucusq(ue) per se Recognoscen(tem) continuata Possione, cum omni p(rae)-
missoru(m) Iure Dominio p(ro)prietate competentiaq(ue) et prærogativa
quavis omnibusq(ue) et singulis Iuris præsen(tis) cessi ac Privilegio-
ru(m), Decretoru(m) Commissarialiu(m) et Iuriu(m) dispositionu(m)q(ue) quaru(m)
vis sup(er) bona p(rae)fata servien(tibus) Conditionibus, punctis, clausulis,
articulis, ligamentisq(ue) ac nexibus in universu(m) omnibus bonoru(m)
quoq(ue) suprapterorum et summaru(m) in eisdem bonis hæren(tium), utili-

tatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, et obventionibus quibusvis attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris Dominii proprietatis ac cuiusvis competentiis et praerogativis pro se Recognoscentibus suisque successoribus aut quopiam alio reservando et excipiendo, verum prout praemissa omnia ipsimet Recognoscentes tenuerunt, habuerunt et possidebant ipsosque concernebant, ac eisdem legitime serviebant, iam ex nunc et de facto supradictis Generosis Theodoro Dwernicki et Petro Sawarski Petraszewic (accepta ab ipsis pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cesserunt et condescenderunt prout per praesentes transferunt transfundunt et incorporant. In quod quidem Ius cessum praemissorum omnium et singulorum praesentibus abscessorum iam ex nunc et de facto memorati Recognoscentes suprascriptis Cessionariis suis dant et admittunt coram Officio praesenti realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos, die quacunque voluerint Officiose acceptam per ipsos Generosos Theodorum Dwernicki et Petrum Sawarski Petraszewicz, Cessionarios suos hoc idem Ius praesens cessum praemissorum omnium et singulorum cum universis eorum utilitatibus et emolumentis competentiisque et praerogativis quovis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi, ad suosque quosvis beneplacitos ususfructus libere et effectualiter convertendi Iuris originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisque cessi et transfusi vigore.